

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Andreas Daniel Habichhorst Johann Pistorius

**Disquisitionum Exegetico-Theologicarum super Illustriora Prophetarum Loca,
Praelectiones Publicas Sub Incudem Revocantium Tertia De Gladiis Gentium,
Verbo Evangelii Redargutorum, In Vomeres Convertendis Et Ternario Rejectionis
Judaeorum Inductivo Ex Jsai. II, v. 4 & 6**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1687

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733816517>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1687

Habichhorst, Andr. Dan.

DISQVISITIONUM EXEGETICO-THEOLOGICARUM

super

ILLUSTRIORA PROPHETARUM LOCA,
PRÆLECTIONES PUBLICAS

SUB INCUDEM REVOCANTUM

TERTIA

de

GLADIIS GEN- TIUM, VERBO EVANGELII REDARGUTORUM, IN VOMERES CONVERTENDIS

ET

TERNARIO REJECTIONIS JUDÆORUM INDUCTIVO

Ex ISAI. II., v. 4. 5. 6.

Roman.

Auspice DEO-Homine,
Pl. Reverenda FCIate THEOL. consentiente,

PRÆSIDE



ANDREA DANIELE HABICHHHORSTIO.

S. TH. D. EJUSDEM Q; PROF. PUBL. ORD. & CONSIST.

DUC. ASSESSORE DESIGNATO,

In Celeberr. Univers. Rostoch. Aud. Majori,

Ad d. V. Febr. hor. mat. 1687.

publicæ collationi Academicæ sistit

JOHANNES PISTORIUS, Fridl. Mekelb.

Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGI, Acad. Typogr.

**DEO
PATRIÆ
ET
PROMOTO-
RIBUS**

LOCUS VI. JSAI. II. 4.

Gladii lancesq; gentium, ad Ecclesiam Messiae conversorum ver- Disp.
boq; Evangelii ex Zion egressi redargutorum, in III.
vomeres falcesq; convertendi.

S. L

Sensum loci hujus (qvem perinde ac præcedentem non tan-
tum Micheas c. 4. 3. iisdem ferè verbis proponit ; sed & Judæi
aliorum trahunt) paucis pro instituti ratione indagaturis, cumq;
simul ab abuso vindicaturis qvaritur , num verba loci de gladiis
in vomeres convertendis & belli studio non ampliæ sub regno Christi
excitendo, sint accipienda juxta literam s. propriæ ut & absolute,
ita ut bella externa & corporalia in N. T. simpliciter damnentur
& prorsus nulla tempore Christi, sed pax generalis & altissima sit
futura ? an vero impropriæ s. metaphorice, ut & determinate, de pa-
ce & tranquillitate spiritali & interna verorum regni Messiae ci-
vium, ex qua fluit vel quam seqvitur externæ pacis studium, lo-
cus sit intelligendus? Judæi, Soc. & Anabaptistæ aliiq; fanatici mo-
do priori, nos vero posteriori locum interpretamur. Judæis
quoq; pollicem hic iterum qvodammodo premit Grotius, hunc
esse loci sensum, ad locum parallelum Mich. 4. 3. scribens: Et
Persæ & populi, qui sub eorum erunt imperio, infensissimi olim Ju-
dæis, ut Assyrii &c: altam cum Judæis pacem culturi sunt. Idem
l. 1. de jure belli ac pacis c. 2. §. 8. Vaticinium hoc hypothetice s.,
sub conditione accipiendum esse putat, scilicet omnes populi legem
Christi suscipiant atque impleant: nam si omnes Christiani sint &
Christianæ vivant, nulla fore bella &c. Ceterum fallit Grotius:
Propheta enim hic de temporibus Messiae sub ultima Monar-
chia vaticinatur, ceu patet ex præcedd. superiori Disputatione
expositis. Numquid ergo locus ad tempora Persicæ s. secundæ
Monarchiæ torquendus? Et quando Judæi tam altam sub Per-
sis pacem habuerunt? numquid libri Esdræ, Nehemiae & Esther
de tanta pace testantur? Numquid tandem hypothesis licebit
fingere, ubi in textu nulla appetet? Ut nihil nunc de Hakspanio

D

di-

dicamus, hyperbolicam locutionem hic statuente : ecquis enim
in Scripturis S. hyperbolē temerē admitteret?

S. 2. Sensum autem Loci non proprium sed metaphoricum
esse, eumq; de fructu agere, qvi verbum Evangelii ex Zion inter
Gentes vulgarum seqvitur, & interna ac spiritualis pax & tranquili-
tatis est, qva fideles veriq; regni Messiae cives ita gaudent, ut con-
seqventer externæ quoq; pacis sectatores sint avidissimi & studi-
osissimi, nec temerē bella moveant; qvamvis externā pace non
ubiq; in mundo fruantur, probamus (1.) ex analogia scriptura-
narum V. & N. T. Nam juxta vaticinium tam Dan. c. 7. 21. & c. 9.
26. qvam ipsius Christi ap. Matth. 24. 6. 7. 15. bella certè corpora-
lia & externa tempore Christi sunt futurae. Interim tamen
Christus & Apostoli ejus spiritualem internamq; pacem ac tran-
quillitatem Christianis promittunt, qvam verè in Christum cre-
dentes ita cum DEO habent, licet externè à mundo affligantur
Joh. 14. 27. Rom. 5. 1. Phil. 4. 3, ut inter se tangvam vera Christi
membra externam quoq; pacem sectentur Joh. 13. 34. Eph. 4. 3.
seqq. eandemq; cum aliis, quantum in se, colant Rom. 12. 18. (2.)
Ex antecedentibus, ubi Propheta primò de Regno & Ecclesiā Mes-
siae loquitur, ad quam multitudine gentium, svavissimā doctrinā
Evangelii & verbi DEI prædicatione, qvæ Hierosolymæ cœpit
& dehinc per orbem terrarum resonuit, impulsa confluit, v. 2. &
3. Deinde in principio versus quarti, ex quo locus noster est de-
sumtus, dicit, *Messiam judicaturum esse inter gentes* (sc. egressu Evan-
gelii ex Zion excitatos) eosq; (ante tribunal quasi suum citatos)
correpturum h. e. non verberibus, sed verbo redarguturum: id e-
nim Ebræum vult verbum רְדָבֵר יְהוָה כִּי R. יְהִי arguit certis argumen-
tis & verbis convincendo, redarguit Ec. Et qvid obstaret, si præ-
cedentia illa versus hujus quarti verba בַּין הַגּוֹם וְהַאֲכִיכָּה שְׁפָט
לעמים רְבִים h. e. & judicabit inter gentes & redarguet populos
multos, ad proximè præcedens verbum יְהִי רְדָבֵר verbum Do-
mini (ex Jerusalem egressum) referremus. Nam & Lutherus ad
Loci parallelī Mich. 4. 3. verbum וְשָׁפָט under wird richten in glo-
sa:

sadicit: **G**ottes Wort wird in alle Welt kommen. Igitur **v**erbum
Evangelii latè sumti (ad hoc enim judicium lex & Ev. spectat)
gentes judicabit & redarguet, sc. de peccato (conf. Joh. 16.
8. 9. & resipiscentes absolvet h. e. latè remissionis peccatorum
nuncio, omnes inter gentes, facto Hierosolymæ initio, gratio se
prædicando reficiet, conf. Luc. 24. 47. Hoc autem judicio ver-
bi Meissæ spirituali s. elencho priori versus membro jam præmis-
so, mox Propheta eodem quoq; versu fructum verbi Evangelii in-
ser gentes vulgati s. judicij Evangelici subjungit, qvi fructus pa-
riter spiritualis est, sc. Pax & tranquillitas interna, quam tamen,
metaphorice describit verbis: Es confabunt (sc. gentes verbo E-
vangelii sic judicatae, redargutæ & absolutæ) gladios suos in va-
mores &c. nec amplius bellum discent, h.e. spiritualem & internam
habebunt cum Deo pacem, & conseqenter pacem quoq; extor-
nam & corporalem cum aliis colent q. d. qvi ante a leones & lu-
pierant, h.e. truculenti & iniqvitatibus dediti, avari & suistan-
tum commodis vacantes, (unde dissensiones & deniq; certami-
na oriuntur) per Evangelii doctrinæ mansuetum, omnia charita-
tis & benevolentiae in proximos officia exercebunt, & non tan-
tum sui sed & proximi rationem habebunt. Huc tendit similis
prophetia Ibai. II. 6. c. 65. 25. habitabit lupus cum agno &c. (3.) ex histo-
ria & experientia, quæ testatur, pacem externam tempore Chri-
sti perpetuam nunquam fuisse, sed potius bella & persecutio[n]es
Ecclesiam turbasse. Certè enim (verba sunt B. Calov. in Bibl. il-
lustr. ad locum parallelum Mich. 4. 3.) sicut bellatum est ante
Christum natum, ita bellatum etiam ipso nato & bellabitur in-
ter gentes usq; ad novissimam diem. Non igitur sentiendum est,
Prophetam h.l. de publica & corporali pace in his terris loquitari.
(4.) Ex consensu veterum simul atq; recentiorum Ecclesia Doctorum,
qui certè propositu[m] locum hunc de spirituali pace, quæ ap. ve-
ros Christi fideles viget, exponunt. vid. Ireneus l. 4. c. 6. 7. Tertull.
I. 3. contra Marcion. cap. 21. Athanas. orat. de incarn. Verbi, Ori-
gen, contra Cels. I. 5. &c.

D 2

§. 3. Ut

§. 3. Ubi verò notandum, quodam Autores loci hujus
verba: & confabunt gladios in vomeres &c. non tantum de fructu,
qui Evangelium inter gentes vulgatum s. Evangelicum hoc ju-
dicum sequitur, sed etiam de modo regni Messiae per orbem ter-
rarum propagandi & dilatandi exponere, quod se: regnum Chri-
sti (Ecclesia & Religio) non vi externa, non bello, non bombar-
dis gladiisq; sicut mundana, & sicut Religio Pontificia pridem &
cum primis nuper in Gallia; sed pacatè & tranquillè propagetur,
vid. Prükn. in Vindic. ad h. l. Walib. Harm. ad h. l. Quidam modo ve-
rò hic modus propagandi regni Messiae per Evangelii sc. prædicati-
onem, simul cum fructu Evangelii sic prædicati s. judicii per
Evangelium inter gentes exerciti, iisdem h. l. verbis indigitetur
& quodmodò hæc consistant, nondum quidem perspicimus, licet
ipsimet per aliorum vestigia ducti, neq; rem penitus ab initio
perpendentes, similia in lectionibus ad h. l. docuerimus. Nam
(1.) prædicatio Evangelii per intermes (quam Autores illi modum
& medium occupandi, propagandi & conservandi Regnum
Christi dicunt) est causa; pax vero spiritualis (quem iisdem Au-
tores fructum Evangelii inter gentes vulgati appellant, vid. B. Calo-
vii Bibl. illustr. ad locum parall. Mich. 4.3. p. 849.) est effectus. Nec (2)
de Apostolis vel eorū successoribus verbum prædicantibus eosq;
nomine Messiae verbo judicantibus & redarguentibus; sed de ipsis-
met gentibus sic judicatis & redargutis hic dicitur, quod confla-
turi sint gladios in vomeres &c. Si ergo locus hic de fructu agit
qui Evangelicum hoc judicium sequitur, & est pax spiritualis & ef-
fectus, certè idem iisdem verbis de modo Regni Messiae propagan-
di per prædicationem, qui est causa; simul agere nequit. Tan-
tum de sensu Loci metaphorico.

§. 4. Abusus ejusdem conspicitur (1.) ap. Iudeos, ex h. l. sic
argentes: Tempore Messiae tanta erit pax, ut gladii sint conver-
tendi in vomeres, nec bellum amplius gerendum. Cum vero
talis conversio nondum evenerit, sed potius bella & persecutio-
nes inter Christianos regnent, quis credat, Messiam jam venis-
se

se; & Iesum Nazarenum, qvem Christiani colunt, verum esse
Messiam vid. Galatin. l. 4. de A. C. V. c. 3. Lyra ad h. l. & Mich. 4. 3.
Tarnov. comment. ad Mich. 4. 3. (z.) ap. Anabaptistas, non tan-
tum Opifices, qui gladios & similia belli arma conficiunt, da-
mnantes, sed etiam cum Sör. & Weig. bellum in N. T. simpliciter es-
se prohibitum censentes. vid. Giessens. Tom. 3. disp. 17. th. 69.
Sed, Relp. (1.) generatim tam Judæis, qvam Anab. &c. qvòd in-
eptissimè sententiā Prophetæ pervertant, dum verba ejus proprie-
& absolutè de pace corporali accipiunt, qvæ allegoricè & deter-
minatè de spirituali pâce, ex qvâ fluit externæ pacis studium, ex ra-
tionibus suprà dictis intelligenda sunt. (z.) Speciatim qvidem Ju-
dæis respondere qvidam solent Hieronymū secuti, ut Drusus l. 16.
Observ. c. 6. & Prusk. in Vindic. h. l. tempore nativitatis Christi
Augustum Cæsarēm Romanū Jani templum clausisse pacemq;
universo orbi restituisse, eandemq; aliquanto durasse spatio, idq;
satis esse, cum particula *Amplius*, non semper denotet perpe-
titatem, sed pro aliquanto temporis spatio sumatur, conf. 1. Sam.
7. 13. néc dubiū esse, qvin eodem tempore in diuturna pace mul-
ta belli arma in agriculturæ instrumenta sint conversa. Cete-
rū qvia locus hic non præcisè de tempore nativitatis Christi, sed
generatim de Ecclesia N. T. & cum primis de tempore vo-
cationis gentium loqvatur, qvæ per egressum doctrinæ Evange-
lii ex Zion h. e. prædicationem Apostolorum Hierosolymæ co-
ptam inchoata; prætereaq; ipse Hieronymus fateatur, milites
& legiones Romanorum, tempore Augusti, contra barbaras gen-
tes fuisse delegatas, hinc rectius respondeatur Judæis, locum al-
legoricè de pace spirituali agere. uti jam generatim responsum
est. conf. Glass. Ph. l. sacr. 1. 3. Tr. 5. can. 13. (3.) Anabaptistas v. &
Weig. bellum in N. T. simpliciter hic damnari putantibus, speci-
atim resp. ipsorum sententiam cum manifestis scripturarum lo-
cis pugnare, qvibus non tantum Magistratui committitur cura
subditos ab injusta vi defendendi pacemq; custodiendi Rom. 13. 4.
sed & legitimus belli armorumq; usus à Magistratu mandatus

probatur Luc. 3. 14. Cum igitur h. l. dicitur, gentes conversi confla-
bunt gladios in vomeres, non sentiendū est Apostolos inter gentes
Evangelium prædicantes, jussisse Magistratum legitimū arma
deponere & subditos ad prælium non exercere; sed jussisse qui-
dem Principes & Centuriones, quantum ad Christianismum spectat,
gladios suos in vomeres convertere h. e. pacem jam cum Deo per E-
vangelii gratiam habentes, operam quoqve dare paci & tran-
quilitati externæ; contra verò quantum ad officium Magistra-
tus & Centurionis attinet, jussisse vomeres in gladios convertere h.
e. subditos defendere eosqve ab hostibus & latronibus liberare:
hæc enim est vocatio Magistratus, quam Evangelium non tollit,
conf. Aug. Conf. Artic. 16.

LOC. VII. JSAL. II. 6.

De Iudeis, p̄a Oriente plenis & in natis Alienigenarum cum ap-
plausu acquiscentibus, à Deo projectis.

§. 1. Circa locum hunc, quo Propheta Iudeorum ad
osculum Messiae frustra v. s. invitorum projectionem ita per a-
postrophen, ad Deum tanqvā ingratitudinis testem vindicemq;
directam, vaticinatur: Sed projectis (lo)hova) populū tuū, Domū
Jacob, simulqve ternarium projectionis inducitivum subjungit:
כִּי מֶלֶא קָדְם וַעֲנָנוּ בְּכָלְשׂוֹתֵךְ וּבְלִידֵךְ
duo potissimum controversa notamus (1.) quam plenitudinem, ob
qvam Iudei erant projiciendi, intelligat Propheta dicens: qvia plen-
ni sunt, & qvid per adjectam vocem פְּקֻרָם designet? (2.) qvid per
Natos Alienigenarum, in tertia projectionis ratione, significetur?

§. 2. Qvod attinet (1.) Iudeorum plenitudinem, ob qvam
erant projiciendi, certè variant Interpretum sententiae, qvas va-
riæ nobis versiones indicabunt. Vulgatus vertit: repleta est ter-
ra eorum ut olim, Chaldaeus: repleta est terra ipsorum idolis, sicut à
principio. Jun. & Trem. Pleni sunt malis, Dieu: rebns. Forerius:
divitiis. Pisc. nefariis artibus, acceptis per imitationem ab vel ex
Oriente. Vatablus vero & alii: p̄a Oriente. h.e. magis abundant,
qvam.

quam Orientales populi, Syri: quomodo & Luth. den sse treidens
mehr / den die gegen Morgen. Alii: *Prestigis*. B. Varenius & alii
Chaldæum secuti: *Idolis* &c. Haæ versiones sanè omnes ostendunt
quidem (1) dandæ hic esse nominis cuiusdam ellipsis, quæ cetero-
qui freqvens in sacris est, conf. *Glossa Phil.* sacr. I. 4, Tr. 2, obs. I. n. 3.
ubi & hunc locum allegat, vocemque *malis* cum Jun. & Trem.
subintelligit; dissentunt verò in supplenda voce elliptica. Quæ-
ritur ergò quænam ex allegatis rectius hic subintelligenda fuerit?
Non placet nobis (1.) vox *rebus*, quia nimis generalis & levis est:
neq; (2.) vox *divitiis*: siquidem æqui pollentes proximè seqvente
v. 7. rationis loco citantur, cum dicitur: terra ipsorum plena est
argento & auro, & thesaurorum ejus non est finis: neq; (3.) vox *pre-
stigis* s. magia: nam *prestigias* seqvens statim ratio voce שׁוֹנְנִים
proponit, quæ est à R. יְהָיָה obnubilavit, *prestigis* usus est ad oculos
bominum obnubilandos: neq; (4.) vox *idolis*: nam & illa seq. v. 8.
disertè inter rationes rejectionis numeratur, eodemq; & v. 9.
pluribus *Judæorum* idolatria describitur. Putamus igitur, com-
modius hic subintelligi vocem *malis*, s. סְרָה h.e. perversitate s. *pra-
vitate* s. contumacia, conf. *Jlai.* I. 5. ut sc. verbis hismet: quia pleni sunt
malis præOriente, generale quoddam rejectionis inductivum præ-
mittatur, dein verò species subjiciantur sc. *prestigie*, *divitiarum*
abusus & *inxplebilis cupiditas*, *idolatria* &c. Eadem versio-
nes (2.) ex parte commonstrant, vocem מַלְאָקָת majus quid in-
ferre, quam olim velante vel à principio, prout quidem *Vulg.* &
Chald. eandem vertunt, adeoque significare Orientem, & præfi-
xum *in* insinuare comparationem & per præpositionem *præ* ver-
tendum esse q. d. pleni sunt magis quam Orient. Quomodo &
accipitur Ps. 18. 18. Ps. 45. 8. &c. Confirmamus hoc collatione seqv.
rationis clarioris, qua *Judæi* dicuntur *prestigatores* sicut *Philistæi*.
Quemadmodum enim se habet vox ultima כְּפָלָשָׁתָם in secundo rejectio-
nis inductive, ita & vox ultima קְרָם in primo; ibi vero per כְּפָלָשָׁתָם no-
tatur Natio *Philistæorum*; E. & hic per קְרָם indigitatur *Oriens*. s. בְּנֵי קְרָם.
h.e. filii *Orientis*, ceu *Kimchi* rectè exponit, h. c. *Orientales* sc. Aramaic.
Syri,

Syri, Philistæis contradicuntur. Sicut enim Philistæi Judæorum erant vicini ab occidente, ita Syri ab Oriente, conf. Isai. 9. 12. A malis ergo vicinis malos Judæi mores artesq; didicerunt, ita ut Occidentalibus quidem essent similes, Orientales verò longe etiam superarent.

§. 3. Qv.(2.) qvinam in tertio rejectionis inductive sint נְכָרִים h.e., nati alienigenarum, in quibus Judæi, rejecto Messiae cultu, הַשְׁפּוֹן h.e. sufficientiam & complacentiam habuerunt s. cum applausu acquieverunt s. latissime habere putarunt? conf. I. Reg. 20. 10. & Job. 27. ult. item. Targ. in Job. I. c. & Th. 2. 15. Majori vero contentione circa hanc rationem in designiandis alienigenarum natu digladiantur. Nam (1.) quidam hoc de connubio cum alienigenis, quarum filii poterant alienigenæ appellari, interpretantur. Alii (2.) de multitudine noctorum. Nonnulli (3.) cum Hieron. de vitio Sodomitico, qvad Judæi fuerint αροενοριται, de quibus I. Cor. 6. 9. & pueris alienigenarum ad id coëmtis more gentium vicinarum adhaerent, conf. Isai. I. 10. Alii(4.) per נְכָרִים h.e. iplas intelligunt gentes exteræ, quorum moribus & vitiis delectati fuerint judæi: qvomodo & phralis huic planè similis נְכָר Isai. 60. 10. c. 61. 5. Pl. 18. 45. 46. & alibi ipsos notat alienigenas. (5.) Ebræi quidam metaphorice designari putant libros, doctrinas & instituta gentium. Et hanc sententiam à Grotio quidem citatam, sed insuper habitam, probat in Bibl. illustr. ad h. I. B. Calevius dicens: Recte Ebræi per filios alienorum intelligunt doctrinis gentium institutos. Idem quoq; Lutherum sensisse, ita h. l. reddentem: machen der fremden Kinder viel (quibus enim delectamur, horum certè numerum augeri facimus) glossa marg: arguit: das sind Kinder der falschen Lehr und Abgötterei etc. Deniq; (6.) ut alias nunc taceamus, B. Varenius Comm. in Isai. h. l. rejecta omnino primâ tertiatq; interpretatione, ceterisq; non memoratis, generalius hie verba sumit pro instrumentis s. in solentia s. luxuria s. idolatria & Natione aliena inventis & in Nationem Judaicam magno applausu introductis, quorum catalogus seq. cap. 3. v. 16. leqq. exhibetur; ubi & hodiernos Germanorum mores meritò corrigit, quorum pars magna, quicquid Gallicanæ levitatis & luxuriaz vident (Germ. Modelen und Trachten) ita amplexantur, ut iisdem applaudant, atq; ita revera cum Judæis sint מְשֻׁפּוֹנִים. Nos proximè præcedentem sententiam præferimus, ita tamen ut hanc non improbemus, sed includamus, h. s. non acquiescent Judæi doctrinæ Messiae ex Zion egressæ (sicut gentes, ad Ecclesiam ejus confluentes, in eadem illa Messiae doctrina semitisq; sufficientiam & complacentiam habent, ita ut eidem applaudant v. 2 & 3.) sed rejecto Messia ejusq; doctrina, lumine & semitis v. 5. externa omnia præferunt gentiumq; seductorum institutis, doctrinis & inventis & consequenter moribus vitiisq; cum applausu adhaerent &c.

וּסְפִירָה RESPONDENTIS

Quod Cur Israëlitæ Num. XI. 4,5. coll; cum Exod XVI. 3. carnis esum
 in deserto abs Mose ardentissimò plane desiderio inter lacrymas po-
 stulaverint, cum illi non tantum ex Ægypto multa secum animalia,
 oves & boves, abduxerint Exod. XII. 38. &c. sed & tam in medio
 itineris pecore nondum destituti fuerint: potum enim pro illo po-
 stulabant Exod. XIII. 3. quām circa finem pecoribus abunda verint.
 Num. XXIII. 4. 16. 16? Ego pro ingenii modulo, super hacquæ sitio-
 ne, monitu Qvorundam, sententiam dicturus meam existimo,
 rem illam, nondum hastenus, quæntum quidem scio, ventilatam,
 non catere dubio. Dico tamen (1) oves & boves ex Ægypto
 adductos in molestissimo & longinquo illo itinere, per desertum
 & loca plane arenosa facta, partim non adeo per generationē cre-
 visse, partim sive ob diversitatem sive ob raritatem pascuæ tractu
 temporis defecisse, ita ut numerus animalium non tantus re-
 manserit, quæntus cœtui sufficeret tantò rectius eibando (2) Pro
 quibus alimenta postularunt, videri fuisse jumenta, quibus ad iter
 commode perficiendum utebantur (3) reliquis pecudibus, quæ
 circa finem itineris superstibabant, pepercisse illos, ut in terram
 promissam rectius colendam eas adducerent (4) Lyra (referente
 id Polo sine Epicrisi in Crit. ad Num. XI. 4,5.) putare quidem Israëlitæ
 pepercisse pecori suo adhuc residuo propter avaritiam, carnesque
 magis delicatas desiderasse, & hanc ob causam DEum, desiderio i-
 psorum satisfacturum, coturnices misisse; Ceterum an Deus avaritiae
 potius & luxuriæ populi sui, quām defectui, certè lacrymis signifi-
 cato Exod. XII. 4,9. voluerit satisfacere, non immerito dubitatur.

Ad Prestissimum DN: PISTORIUM,
Auditorem meum, in Collegio Thol. Disputatorio privato,
 super Aug. Conf. & Articulos cognatos agnatasque; con-
 troversias, solerrissimum svavissimumque;
 Post specimen Wittebergæ pridem publicè edita, jam qvoque ap. nos in
 Collegio Prophetico - Exegetico publicè NYD responsurum!
Primus, AMICE, novo cathedram conseendas in anno,
 Gratamur; PROSIT (4) sedulitatis honos!

Sed

Sed fac, principio medium conforme sit ipsumque
Exodium: felix sic novus annus erit:
Exemps Com militibus sic PRODERIS ipso,
Ex Pistorique mox Pastor honorus eris.
Tunc acclamabo: Tibi, Pistor, munia (a) PROSINT,
PROSINT, quas PORTAS (b) Pastor amatus, oves.
Interea votum gemines: O (c) SPIRITUS alme,
Adspires studio Spirituique meo!

(a) Anagr. PISTOR.

(b) Anagr. PASTOR.

(c) Anagr. PISTORIUS.

E. M.

A. D. Habichhorst, D.

C Armina sunt dicenda, neget quis Carmen Amico,
Quem Pietas, studium, vita modesta probant.
Arma virumque cano: PISTORIUS impiger alta
Pulpita conscendens, prælia docta parat.
Macte animo. Celebri quæ se sub Præside virtus
Exerit, en tandem! præmia larga dabit.
Utimur adversis, crescit sub pondere Palma,
Pax bellum seqvitur, Pacis alumna quies.
Dum vires anniq[ue] sinunt pugnabimus ambo,
Serius aut citius, pulchra corona manet.

Pancis hisce metru Cl. Dn. Rep. SS. Tb. Stud. Veterano laudatiss. Amico
conjuratis illibati affectus sinceritatem M. M. Q. gr. contestatur
M. J. HEIDEMANN.

Q Vid labor assiduus valeat, quid mentis acumen,
PISTORI præsens pagina docta docet.
Dulcia divini scrutari oracula verbi
Haec tenus una TIBI sedula cura fuit;
Hinc potis es Iwavi populum sermone tenere,
Doctumque argutâ solvere voce plicas.
Perge, seqvetur honos, hi quem meruere labores,
Uberiorque aderit Gloria, Fama, Decus.
Benevolentia ergo pancis hisce lineoli Nobil. ac clare docto Dn. Repson-
denti Amico suo olim & nunc Infucato gratulari voluit, debuit
MARTINUS HEIDEMANN.

•(e)•



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn733816517/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733816517/phys_0015)

DFG

quam Orientales populi, Syri: quomodo &
 mehr / den die gegen Morgen. Alii: *Prestigi*
 Chaldæum secuti: *Idolis* &c. Haeriones sa
 qvidem (1) dandæ hic esse nominis cuiusdam
 qui freqvens in sacris est, conf. *Gloss*. Phil. fac
 ubi & hunc locum allegat, vocemque *malis*
 subintelligit; dissentient verò in supplenda
 ritur ergò quænam ex allegatis rectius hic su
 Non placet nobis (1.) vox *rebus*, quia nimis
 neq; (2.) vox *divitiis*: siquidem æqui pollent
 v. 7. rationis loco citantur, cum dicitur: *te*
argento & auro, & thesaurorum ejus non est finis
stigias s. magia: nam *prestigias* seqvens stati
 proponit, quæ est à R. *lxx* obnubilavit, *prest*
bominum obnubilando: neq; (4.) vox *idolis*
 disertè inter rationes rejectionis numeratu
 pluribus *Judæorum idolatria* describitur.
 modiùs hic subintelligi vocem *malis*, *סְרָה*
vitate s. contumacia, conf. *Jlai. 1.5.* ut sc. verbis *ל*
malis *præOriente*, generale quoddam rejectio
 mittatur, dein verò species subjiciantur sc.
abusus & inexplicabilis cupiditas, idolatria
nes (2.) ex parte commonstrant, vocem
 ferre, quam olim velante vel à principio, p
 Chald. eandem vertunt, adeoque significa
 xum *insinuare* comparisonem & per pr
 tendum esse q. d. *pleni sunt magis quam Ori*
 accipitur Ps. 18.18. Ps. 45.8. &c. Confirmamu
 rationis clarioris, qua *Judæi* dicuntur *presti*
*Q*uemadmodum enim se habet vox ultima *תְּרוֹם*
 mis inducito, ita & vox ultima *ךְ* in primo; ib
 tatur Natio *Philistæorum*; E. & hic per *ךְ* indig
 h. c. *filii Orientis*, ceu *Kimchi* rectè exponit, h. c.



treibens
 us & alii
 tendunt
 cetero
 bsi. n. 3.
 e Trem.
 L. Qyæ
 a fuerit?
 levis est:
 eqvente
 plena est
 vox pre
 c עוננים
 ad oculos
 seq. v. 8.
 ; & v. 9.
 ur, com
 ite s. pr
 pleni sunt
 um præ
 viiarum
 n versio
 qvid in
 Vulg. &
 & præfi
 pre ver
 odo &
 one seqv.
 Philistæi.
 lo rejectio
 ne. פְּרַשָּׁה
 בְּנֵי קְרָם
 Aramei.
 Syri,